



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Q. Septimii Florentis Tertulliani Carthaginiensis  
Presbyteri, Opera Qvæ Hactenvs Reperiri Potvervnt  
Omnia**

**Tertullianus, Quintus Septimus Florens  
Coloniæ Agrippinæ, Anno M. DC. XVII.**

Iacobi Pamelii Ad Lectorem Præfatio De Qvarti Tomi Librorvm Ordine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71872](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71872)

IACOBI PAMELII  
AD LECTOREM PRÆFA-  
TIO DE QUARTI TOMI LIBRORVM  
ORDINE.



OMO quarto qui Libri, quo ordine sint collocati, rationem utireddamus pro eo quod pollicitis sumus: primo posuimus loco, quo ipsius Tertulliani esse certo constat ADVERSUS MARCIONEM LIBROS QVINQUE, & DE IUDICIO DOMINI LIBRVM, scieni numeri inter Poemata Christiana sunt editi. Deinde Carminum libellos subiecimus, GENESIM, SODOMAM, & AD SENATOREM, quos et si B. Cypriano inter eius opera à nobis edita adscriserimus, non putauimus tamen absurdum sequi censuram Sixti Senensis, qui quum Tertulliano Librum de Sodoma adscribat, quantum coniicio, MS. codicū fidem secutus, ex stylo prorsus eodem, compri etiam illius esse reliquos duos. Porro in APOLoGETICI PRO CHRISTIANIS in Grecum conuersi fragmentis, & eorum qui desiderantur Librorum Notulis, cum ordinem obseruauimus, quem in toto Tertulliani opere, praeterquam, quod Greco stylō ab ipso & Auctore editos simul coniunxerimus, utpote DE SPECTACVLIS, DE VIRGINIBVS VELANDIS, & DE BAPTISMO. Post quos Pareneticorum AD AMICVM PHILOSOPHVM, ac DE FATO, & deinceps Exegeticorum DE CIRCVMCISIONE, DE VESTIEBVS AARON, ac DE MVNDIS ET IMMVNDIS ANIMALIEBVS, mentionem addidimus. Hinc aduersus Hæresis scriptorum, DE CENSU ANIMÆ ADVERSUS HERMOGENEM, & ADVERSUS APELLETIANOS. Denique eorum, qui aut initio defectionis ad Montanum, aut in fine vita hæresi illius fauentia conscripsit, DE PARADISO, DE SPE FIDELIVM, DE ECSTASI, & ADVERSUS APOLLONIVM. His vale in Christo feliciter, & si quod aliquando dictorum Librorum exemplar nactus fueris, aut nobiscum communicato adjicendum editioni secunda, aut ipse in lucem edito.

TERTULLI  
OPERA.